

Wa
437



AK. 119

H

C

M



A.K.119,17.

Wa
437

Q. D. B. V.
QVATUOR
HYPOMNEMATA,
Ad veterem Thuringiæ
historiam pertinentia,

Quæ
PRÆSIDE
C. S. SCHURZFLEISCHIO,
P. P.

disquirenda proponit
M. GEORG. CHRISTIANUS EILMARUS,

Mulhusa - Thuringus,

Ad diem XIX. Novembr.



VITEMBERGÆ,

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LXXXVII.



35

ROUTAM
AVITUR
SISERIUS. E. i. 1597. A
G. 1597.
C. 1597. E. 1597. S.
T. P.
M.

I.

Dicitur quod Thuringia regnum esse desuit, pars ejus in provinciam redacta, & Austrasie addita est, regnante in Mediomatricibus Theoderico, hujus nominis primo, eoqve Clodovaei M. filio, qui Francos Orientales ditione suâ complectebatur. Pars delata est ad Saxones, Francorum in debellando Rege Hermenfrido socios, qui juxta Visurgim incolebant, atqve ad eum regno evertendum incitati, vires & arma conjungebant. Procopius, scriptor horum peritus temporum, in toga belloq; versatus, & Belisario Justiniani Imp. militiae praefecto à consiliis, lib. I. de bello Gothorum. Gregorius Turonensis Antistes, antiquissimus idemque primus ex Francorum gente Historicus Christianus, histor. lib. III. c. 4. 7.8. Scriptor vetustus de gestis Francorum cap. 22. Aimoinus lib. II. cap. 9. Vitichindus Corbejensis, monachus diligens perinde ac doctus, annal. lib. I. Quo tempore Romanorum Imperi-

(2)

ra-

rator florebat Justinianus Magnus, Romæ Pontifex Bonifacius II. Antistes & primas Galliæ Remigius. In regno Franciæ post Clodovæi M. excessum diviso, cum summa potestate erant Theodericus I. Childebertus & Clotharius, sublato jam eorum fratre Clodomere, filiisque ejus crudelitate patruorum Childeberti & Clotharii interfectis, apud Turonensem lib. III. c. 18. Simul in Hispania regnabat Amalaricus: in Italia summam rerum tenebat Abalaricus, idemque successor Theoderici, Ostrogothorum Regis, qui Hermenfrido Thuringiæ Regi Amalbergam, sororis filiam collocavit, quæ marito causa exi-
tii fuit, & hoc everso, in Italiam se recepit ad Theodatum fratrem. Vid. Procopius cit. l. Variè hoc nomen scribitur, ut constat ex Casiodoro, Jornande, qui Hermenfridi quoque me-
minerunt. Consultò supersedemus epochâ COSS.
Indictionum & Nati Christi, quæ nondum in regno Franciæ tunc receptæ erant, nec metamen fugit, duas priores interdum Mario Aven-
ticensi fuisse usurpatas.

II. Vicitus acie Hermenfridus, salutis causa Scheidingam in ripâ Unstruti sitam profugit,
&

& cum Saxones eum obsidione premerent, dila-
lapsus est, quem publicâ fide evocavit Theode-
ricus Rex, neque id abnuit Thuringus, pacis in-
staurandæ cupidus, & colloqvi causa venit
Tulpiacum, oppidum in Ubiis clarum, ubi ni-
hil metuens ex muro, in quo securè inambu-
labat, præceps datus, finem regni & vitæ ha-
buit, non sine crimine perfidiæ Regis Franco-
rum.

*Annum excisi Thuringorum regni, subdu-
ctionibus, constituo DXXX. Qvorum le-
gantur Turonensis, Et hujus epitomastes Frede-
garius, Aimoinus, Et Venantius Honorius Cle-
mentianus Fortunatus, in carmine, quod Ch.
Brouverus edidit pariter atque illustravit, de
excidio Thuringiæ, & in libr. de Vita S. Rade-
gundis, quæ fuit Bertharii, Hermenfridi Fr. fi-
lia, à Clothario, Theoderici fratre, belliique so-
cio capta, ac in Franciam abducta, literisque
divinoribus initia, quemadmodum in vita
eius Venantius refert. Multi annum eversi
hujus regni nominant ac definiunt DXXIV.
inter quos est Sigebertus Gemblacensis, quem
vnlgo sequuntur. Illi suffragatus est Jodocus*

Coccius, in Dagoberto, p. 9. **Longius Regino**
abiit, atque ad annum **ccccL.** retulit memorabilem hanc regni Thuringici conversionem.
Proprius accessit **Aubertus Miraeus**, qui annum
DXXIX. excidio regni Thuringici insignivit,
in Chronico Belgico ad h. A. Cui addamus
licet **Hadrianum Valesium**, multæ lectionis &
industriæ virum, libro VII. rerum Francicarum.
Omnino ceteroquin gravi de causa Theodericus
in admisi criminis suspicionem vocatur à Gre-
gorio Turonensi, lib. III. cap. 8. **Ado Viennen-**
sis hoc apertè tradit, in Chronico æt. VI. Regi-
no, qui Adonem plerunque sequitur, in Chron.
ad A. cit. Durum & crudele Theoderici ingenii-
um patet vel argumento etiam cædis liberorum
Hermenfridi, apud Aimoinum lib. II. cap. 9.
Pariter atque Hugo Flaviniacensis indicat
callidum versutumque theoderici animum, in
Chronico Virdunensi. Cæsar Baronius quoque
Clotharium cædis peractæ accusat, quem me-
moriae lapsus fortasse in errorem traxit, in an-
nal. eccles. t. VII. ad A. 527.

III. Qvod regnum cum suis legibus staret,
à Mœno ad Oram usq; porrectum, inter La-
num

num & Unstrutum, sylvamqve Herciniam latissimè patuit, & utramqve Hessiam, terramqve Misniæ Orientalem, qvæ Osterlandia dicitur, partemqve Orientalis Franciæ, qvam Theodericus regno suo adjecit, & tractum deniqve insignem, inter Albim Salam Oramqve protensum, qvi postea cesit Saxonibus Ostphalis, veteri ambitu comprehendit.

Thuringiæ fines quondam regionem Theoderici Austrasiorum Regis contingebant, atque adeo Cattorum, qvos Francos appello, & Saxonum cis Visurgin positorum finitimi erant, in quos, trajecto Rheno, Franci moverunt, atque in ipsa, quod hinc conseqvitur, Germania transrhenua & magna novam regno suo regionem adjunxerunt, partemqve Thuringiæ cis Unstrutum sitæ armis subactam, in nomen ditionemque Ostrofrancicam redegerunt: Saxones Veserani reliquam partem trans Unstratum occuparunt, id quod ex Francorum Saxonumque monumentis, diplomatisqve veteribus non est difficile collectu. Ed legatur Vigandus Gerstenbergk in Chronico Montis Francorum (bodiè Francoberga est) urbis perantiqvæ ad Aderna fontes in superiori Hesia extructæ: quod

indi-



Wa
437
OK

indicio est, Thuringiam Cis-Unstrutanae cum
utraque Hesia in Theodorici I. Regis Franco-
rum, jus ditionemq; venisse. Cetera Thuri-
gia, quæ ad Septentrionem vergit, Nortthu-
ringia dici solita, tractum Magdeburgicum, &
Comitatum Reinsteinensem, una cum oppidis
Magdeburgo, Helmæstadio continebat. Unde
explicandus est Henr. Meibomius, Helmæstadium
Saxoniæ Cisveserane adscribens, in opusc. de
Ducibus Saxoniæ ante Hermanum Billingum.
Nam hujus ditioni postea accessit & juncta est, quam Saxo-
nes trans Unstrutanam, finitimamq; Thuringiae partem
sibi subjecerunt, Saxoniæq; fines novâ bac accessione au-
xerunt. Quæ causa est, quamobrem Mulhusa & Nortbu-
sa, insignes Nortthuringiae urbes, SAXONIA veteri annume-
rentur, & ad hujus comitia, sive Conventus Circulares evo-
centur. V. Herm. Conringius in libro de antiq. situ Helm-
stadii & viciniæ p. 79.

IV. De religione Thuringorum Hessorumq; labo-
ravit & optimè meritus est Bonifacius, præsul animi sancti-
tate præstantissimus, cum potestate docendi à Gregorio II.
Pont. in Thuringiam dimissus, cui necessitudo familiari-
tasq; intercessit cum Vunebaldo, qui similiter auctorita-
te Bonifacii, Thuringiam divinioribus literis eruditivit, &
pari fide ac diligentia est munere illo tam arduo & diffi-
cili perfunctus. Omnia bac certis atq; illustribus testimo-
niis nituntur, sigillatim epistolis Bonifacii, S. Vilibaldo de
S. Bonifacio cap. VI. VIII. Othlono in vita ejusdem, c. XIII.
& XXIIX. Scriptore vitæ S. Valpurgæ cap. I. Quid factum est, ut
Thuringia perinde ac Hasia referri coepit ad metropolin
Moguntinam, salvo jure principatus, & imperii civilis,
aliunde competentis, quod alias persequemur.

KOB

100

ULB Halle
004 967 593

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-42321-p0012-9

DFG

Q.K.119,17.



HYP
Ad ve
hist

C. S. S

M. GEORG
LAMARUS,



Imprimebat

Typogr.

